

THESAURUS BIBLICUS,

HOC EST DICTA, SENTENTIÆ,

ET EXEMPLA EX SS. BIBLIIS COLLECTA,
ET PER LOCOS COMMUNES DISTRIBUTA,
AD USUM CONCIONANDI,
ET DISPUTANDI,

P E R

PHILIPPUM PAULUM MERZ,

OPUS OMNIBUS THOLOGIS SPECULATIVIS, POLEMICIS, MORALIBUS,
UTRIUSQUE JURIS STUDIOIS, AC CUNCTIS LITERATIS, IN
PRIMIS VERO ANIMARUM PASTORIBUS, VERBIQUE DIVINI
PRÆCONIBUS UTILISSIMUM.

EDITIO PRIMA ITALICA, GERMANICIS LONGE
CASTIGATOR, ET ORNATOR; QUOD CLARIUS
CONSTAT EX ADMONITIONE AD LECTOREM.



VENETIIS, MDCCXXXVII.

Excudebat JO: BAPTISTA ALBRIZZI HIER. FIL.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO PRÆSULI

D. D. ASCANIO ARGELATO

BONONIENSI J. U. C. COLLEGIATO,

NEC NON CIVITATIS PLEBANÆ

EPISCOPO MERITISSIMO

JO. BAPTISTA ALBRIZZIUS

S. P. D.

Sacrorum Bibliorum doctrina, Illustrissime ac Reverendissime Præsul, adeo ceteris omnibus dignitate atque utilitate præstat, ut nil mirum sit in ea tradenda & explicanda innumeros pene Viros ferme certatim insudasse vario quemque consilio & industria; sibi ceterisque o-

T H E S A U R U S S A C R Æ S C R I P T U R Æ.

A. T I T U L U S I.

Abnegatio sui ipsius.

Dixit Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. Genes. 12. 1.

Dixit Dominus ad Abram: Tolle filium tuum, - - - atque offeres eum in holocaustum. Genes. 12. 2.

At ille (*Eleazarus*) gloriosissimam mortem, magis quam odibilem vitam com-1. Mach. 6. 19
plens, voluntarie præbar ad supplicium.

Christus ait Petro & Andrea: Venite post me, faciam vos fieri piscatores Matth. 4. 19.
hominum: at illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.

Qui invenit animam suam perdet eam. Et qui perdiderit animam suam propter Cap. 10. 39.
me, inveniet eam.

Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & Cap. 16. 24.
sequatur me. *Idem* Lucæ 9. v. 24.

Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis Cap. 19. 21.
thesaurum in cælo, & veni sequere me. Marc. 10. 21.

Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, Lucæ 14. 26.
& fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.

Quicumque quaesierit animam suam salvam facere, perdet illam: & quicumque Cap. 17. 37.
perdiderit illam, vivificabit eam.

Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mun-Juan. 12. 25.
do, in vitam æternam custodit eam.

Castigo corpus meum, & in servitutem redigo. 1. Cor. 9. 27.

T I T U L U S II.

Abnegatio omnium rerum.

Dixit Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi. Genes. 12. 1.

Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ponat vir gladium super femur suum - - - & Exod. 32. 27.
occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. *Vide etiam*
Deut. 33. v. 8. 9.

Annuntiata sunt mihi omnia, quæ feceris socii tui post mortem viri tui, & Ruth. 3. 11.
quod reliqueris parentes tuos, & terram, in qua nata es, & veneris ad popu-
lum, quem antea nesciebas. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mer-
cedem recipias a Domino Deo Israel ad quem venisti, & sub ejus confugisti alas.

Profectus ergo inde Elias, reperit Elisæum - - - cumque venisset Elias ad eum, 3. Reg. 19. 19
misit palliam suam super illum: qui relictis omnibus secutus est eum.

Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Job. 1. 21.

Respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Matth. 19. 27
Quid ergo erit nobis? Centuplum accipietis (*ait Christus*) & vitam æternam
possidebitis.

Dixit eis Jesus: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum, & Marc. 1. 17.
continuo relictis retibus secuti sunt eum.

Capit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te, &c. Re- Cap. 10. 23.
pondens Jesus ait: Amen dico vobis, &c. In futuro sæculo (*accipiet*) vitam æternam.

Et subductis ad terram navibus relictis omnibus secuti sunt eum. Lucæ 5. 11.

A

Si